

zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES EX TIT.
DE INOFFICIO
SO TESTAMENTO, INST.
FF. ET C. IN ALIIS MAGIS,
QVAM IN SEIPSA PRACTI-
cabili desumptae:

QVAS CHRISTO DVCE ET AVSPICE,
PRAESIDIBVS CLARISS. CONSULTISS. VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in amplissimo
ac florentissimo apud Agrip. Collegio, more &
tempore consuetis, defendere pro vi-
rili allaborabit.

CASPAR Schreiber MONAST.

Anno reparatae salutis M. D. XCI.
9. Mayj.



COLONIAE AGRIPPINAE V
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

RATIO ORDINIS.

Proxima disputatione de Iudicijs actum esse sat constat: Proinde nunc ex consequenti ordine reliquum est, ut de Inofficioso Testamento, seu eius Querela inter reales actiones, & quidem vniuersales primum in Iudicio locum obtinente, nonnulla discutiamus. (a)

(a) Ita ferè continuat Cuiac, cum VVesemb. in parat. ff. & C. h. t. Item Azo. Ias. & Sich. C. cod.

THESIS I.

Dicitur itaque Querela Inofficiosi ex nomine, instar inofficiosa donationis, (a) & dotis, (b) eò quod testator rectè quidem fecit testamentum, sed non ex officio pietatis. Hinc proponitur etiam hodiè, quasi idem non compos mentis fuerit, non tamen verè furiosus, (c) cuius testamentum est nullum, (d) ideoq; frustra rescinditur, (e) ex eo præcipuè, quod cum testamentum ordinaret, tum fortè falsò instimulatus, (f) plerunque nouercalibus delinimentis, (g) liberos suos, suum ipsius sanguinem (h) exhæredare vel præterire non sit veritus. (i)

(a) tot. tit. C. de inoff. donat. (b) tit. C. de inoff. dot. (c) tex. est in §. 1. Instit. l. 2. l. 5. in fin. l. mater decedens 19. contra Bart. in l. Titia 13. ff. cod. cum Vigl. in §. 1. num. 2. Fulgos. in auth. ex causa C. de lib. Præt. Myns. in d. §. 1. num. 8. (d) d. §. 1. Inst. d. l. 2. ff. h. t. §. Præterea 2. Inst. Quibus non est permis. fa. testa. l. furiosum 9. C. qui test. fa. poss. (e) l. nam et si 5. ff. de iniur. rup. ir. test. (f) l. 3. ff. cod. (g) l. 4. ff. cod. (h) d. l. 4. (i) d. §. 1. Inst. l. 3. d. l. 5. in fin. ff. h. t.

II.

Ex re verò nihil aliud est, quam remedium ciuile, (a) centumuirale, (b) subsidiarium, (c) strictum, (d) petitorium, (e) quo testamentum inofficiosum, paganum, (f) non modò rescinditur, (g) vnde rescissorium, (h) sed etiam hereditas petitur, (i) vnde & hereditatis petitio appellatur. (k)

(a) l. filio 16. §. fin. vbi gloss. & Dd. ff. h. t. l. quoniam 32. C. cod. l. non putauit 8. ff. de bonorum poss. cont. tab. l. 1. in fin. si à par. quis man. fue. l. quoties 91. ff. de reg. iur. (b) l. Titia 13. l. qui repudiantis 17. ff. h. t. l. vlt. C. de hæred. petit. (c) tex. est in §. tam autem 3. Inst. d. l. Papin. 8. §. pen. ff. h. t. l. maximum vitiū fin. C. de lib. prælat. Ant. Rub. in hoc tract. cap. 3. & 4. (d) vt existimat VVesemb. nu. 4. C. h. t. (e) l. si quis 34. C. cod. (f) d. l. Pap. 8. §. contra Veterani ff. l. de inofficioso 9. l. testamentum 24. l. fin. C. h. t. secus atque hodiè, commune testatur. Clarus in §. testamentum q. 40. n. 6. (g) l. quoniam 32. C. h. t. l. vt liberis 17. C. de collatio. (h) VVesemb. num. 4. C. h. t. (i) d. l. Papin. §. si filius l. nam et si 15. §. vlt. d. l. q. repud. 17. ff. h. t. l. pen. §. sed quoniam ff. de bon. pos. cont. tab. (k) l. si quis filium 34. C. h. t.

III.

Hinc efficitur duas potissimum eius partes in gratiam minuendarum litium constitui posse, (a) alteram accusationem inofficiosi, qua iniquitatis, (b) ob debitum filio officium prætermisum parens accusatur, (c) alteram petitionem hereditatis, (d) qua rescisso testamento

stamento hereditas pro legitima parte postulatur, ut sic accusationis intentio, actionis fine concludatur. (e)

(a) V Vefemb. in parat. num. 5. ff. & C. h. tit. & C. de inoff. donat. num. cod. (b) tex. in d. §. 1. Inst. d. l. 5. ff. cod. (c) l. 6. in fi. l. 17. 22. 27. 29. ff. cod. (d) ut patet ex d. S. Iurib. in thes. 2. lit. I. (e) Conna. lib. 9. cap. 8. num. 2. qui huius etiam querelæ & petit. hæredi. probat perpetuam connexionem, contra Accurf. & reliq. Dd. in l. qui de inofficioso 20. & l. 1. C. h. t.

III.

Porrò Querela Inofficiosi aut instituitur, (a) aut destituitur, (b) Instituitur primò in modum exceptionis, cum exheredatus possidet hereditatem, (c) non tantum actionis, (d) cum scriptus hæres possidet. (e) Secundò ob iniquam Legitima priuationem, (f) quã duabus vijs, vel Exheredatione, vel Præteritione fieri indubitati iuris est. (g)

(a) d. l. Papin. 8. in prin. & §. quartal. cum qui 21. l. 25. in fin. ff. l. 3. & similib. C. h. tit. (b) arg. §. cum autem 8. Inst. de hæred. quæ ab intest. def. (c) d. l. Pap. 8. §. si filius ff. h. t. l. inuitus 156. §. cui domus de reg. iur. c. qui ad agendum 71. ext. de reg. in 6. (d) l. 2. l. 5. l. 7. l. nihil interest 12. §. vlt. l. vlt. §. si hæres ff. l. 2. l. 12. & similib. C. h. t. (e) d. l. Pap. 8. §. si filius ff. cod. (f) auth. de trien. & semis. auth. vt cum de appell. cog. §. aliud & seq. (g) d. §. 1. Inst. l. 3. l. 5. in fin. ff. h. t.

V.

Legitima est quota bonorum, non hereditatis, (a) olim pars quarta, (b) hodie tertia, si quatuor vel pauciores sint liberi, dimidia si plures existât: (c) quæ tempore solum mortis inspicitur, (d) & confestim ab hærede, vel post sententiam cum tripli augmento præstari debet. (e)

(a) d. l. Pap. 8. §. quarta Gaill. obs. 119. nu. 9. & 10. per Dd. in auth. Nouissima & seq. obs. n. 3. (b) §. sed hæc ita 4. Inst. d. l. Pap. 8. §. quoniam §. quarta ff. l. cū quæritur 6. C. h. t. (c) auth. nouissima & ibid. Sichard. §. frequenter auth. de triente & semis. §. illud quoq; in fi. auth. de nupt. (d) d. l. 6. C. h. t. & ibid. clarè Sichard. num. 3. vsque ad fin. §. quoniam verò, No. de nupt. Nam si ante vel post bona crescant aut decrescant, id non attenditur. Mynsing. in §. fin. n. fin. Oldendorp. in h. act. prope fin. class. §. vbi hanc quoq; statuit communem (e) l. si quis in suo 33. C. h. t.

VI.

Et quoniam d. auth. solius liberorum legitima facit mentionem, acriter admodum inter Dd. controuertitur, anne & reliquorum legitima idem per eam incrementum acciperit? Ego sanè quantum video, parentum solam (a) non fratrum legitimam adauctam esse verius existimarem. (b)

(a) arg. l. Pater filium 14. cum seq. & ibid. Costal. ff. h. t. gloss. Bart. & communiter Dd. in d. auth. Nouissima, quibus ad. Myns. in §. fin. nu. fin. inst. h. t. Oldendorp. in h. act. nu. 3. vbi agit de legit. clas. §. Emanuelem Soarez in thes. recep. senten. verb. Parentum n. 13. (b) Angel. Arci. in d. §. fin. verb. in gloss. mag. d. auth. nouis. quæ gloss. communiter approbatur contra Cuiac. in nouell. 18. quem vulgò reprobari ait V Vefemb. in §. 3. num. 6. §. fin. nu. 3. Inst. h. tit.

VII.

Quibus accedit quod legitima debeat mortuo parente non viuo, (a) tam ex iure diuino, (b) quam humano, naturali, (c) & ciuili, (d) plena atque integra & proprietate & usufructu,

usufructu, (c) sine mora, (f) conditione, (g) sine fideicommissio, (h) (quo si filius sub conditione grauetur, detrahit quoque Trebellianicā,) (i) & demum sine vlllo grauamine, (k) tantum abest, vt vel statuto vel consuetudine, licet minuatur, tolli possit. (l) Quinimo fauore praedita est tanto, vt propter eam & legata pia minuantur, (m) & non confecto inventario etiam haec ipsa debeat. (n)

(a) Commune ait Ema. Soarez. verb. legitima liberis num. 67. in thesau. recep. senten. (b) Hinc illud A post. ad Gal. 4. Si filius est, ergo haeres. Myns. §. 1. Inst. nu. 8. Oldendorp. in hac act. n. 3. claf. 5. (c) l. pen. §. illud C. h. t. §. 1. Inst. de iur. nat. gen. & ci. l. 1. §. ius aut ff. de iust. & iur. c. Ius naturale dist. 1. §. frequenter auth. de trien. & semif. (d) l. cum ratio 7. ff. de bonis damnat. l. lege C. de legit. haered. §. primum auth. de haered. & falcid. (e) auth. Nouissima C. h. t. §. prohibemus auth. de trien. & semif. (f) l. omnimodo 30. cum seq. d. l. pen. §. cum autem C. h. t. (g) d. l. quoniam 32. C. h. t. (h) Gail obs. 119. (i) c. Rainucius 16. & ibid. com. Dd. c. Rainaldus 18. ext. de test. Gail obs. 119. nu. 7. & obs. 121. lib. 2. (k) d. l. 30. 32. & 36. C. h. t. (l) Gail obs. 122. qui hanc communiorem & æquiore affirmit nu. 11. contra Cynum in l. sancimus C. de nupt. Dynum in c. indultum 17. de reg. iur. in 6. Decium in l. iura sanguinis §. ff. de reg. iur. (m) Costal. in l. Pap. 8. §. si Imperator ff. h. t. Gail d. obs. 119. n. 5. (n) Costal. d. l. 8. §. si Imp.

VIII.

Optimo igitur iure & quidem plenissimo exheredatis liberis prospectum est, vt pater legitimam nolens volens, etiam non obstante, quod repletionem eius prohibuerit, (a) atque aded illam Deo relinquere voluerit, (b) semper reseruare ijs teneatur, tam per testamentum, ne si tota deficiat, querela inofficiosi petatur, (c) si uero pars, conditione ad supplementum agatur, (d) quam per contractum, ne si pater donatione, (e) aut dote, (f) in filium chariorem factis, ad deludendam inofficiosi querelam, (g) suas facultates totas inofficiosè exhauserit, earundem conditionibus, in debitum bonorum subsidium, (h) ad exemplum inofficiosi testamenti, (i) reuocentur: licet reliqua alienationes titulo oneroso à parente viuo facta suo robore firma consistant. (k)

(a) l. si quando 35. §. fin. C. h. t. ex rat. l. nemo 55. ff. de legati 1. Costal. in l. si non mortis 25. ff. h. t. (b) Gail obs. 119. num. 3. lib. 2. (c) §. tam autem 3. §. fin. Inst. l. omnimodo 30. cum seq. C. h. t. (d) ex d. l. omnimodo & seq. C. cod. Gail contra Bart. in l. si quis in suo, num. 4. C. h. t. obs. 120. in prin. vbi hanc sent. commu. asserit. (e) t. t. C. de inoff. donat. (f) l. vn. C. de inoff. dot. (g) l. 1. l. 5. 6. & 7. C. de inoff. donat. (h) l. si totas §. l. si mater 7. cum seq. C. cod. (i) d. l. 1. 2. 4. 6. pen. & vlt. C. d. tit. & d. l. vn. C. de inoff. dot. (k) l. in re mandata 33. C. mandati. VVes d. tit. C. de inoff. donat. nu. 4. Myns. cent. 4. obs. 25.

IX.

Quid si parens post donationem inter viuos factam, quaedam etiam legauerit? pulchrè queritur, (a) & primùm legata, post donationem, non tamen aliter, quam legitima deficiente, irritanda esse respondetur. (b)

(a) A Baldo l. 1. C. de inoff. donat. (b) Per d. Bald. & Sichard. in d. l. 1. num. 9. & 11. Oldendorp. in h. act. nu. 2. vbi tradit differentias huius querelæ & reliquarum.

X.

Tantum de Legitima, nunc de Exheredatione & Præteritione nonnihil dicendum est.

est. Illa locum *Querela tum demum suppeditat, cum legitime fuerit ordinata, (a) & causa quidem expresse inserta, (b) necdum tamen probata, (c) quam hodie probandam venire ab herede scripto cum vulgo affirmatur, (d) Ad pares vero, vel grauiiores causas extendi posse contra communem negatur. (e)*

(a) vt patet ex tit. de Exhæred. libe. Inst. ff. & C. (b) auth. non licet C. de lib. Præt. §. aliud §. si quis §. siue igitur auth. vt cum de appel. cog. contra Martin. secund. Ioan. quem seq. Accurs. in auth. ex causa C. d. tit. de lib. Præt. & commun. Dd. in l. nam etsi 15. ff. h. t. indistinctè cont. VVesemb. in §. tam autem 3. nu. §. in fin. Inst. h. t. Hinc commune ait Eman. Soarez in thes. recep. sent. verb. in officio f. nu. 88. & refert Vigl. Inst. in prin. h. t. nu. 1. & 3. contra quam tamen post ipse decidit num. 4. d. loc. cui astip. Conna. cap. 10. num. 3. in fin. & 4. (c) vt constat etiam ex dd. iurib. (d) l. si maritus 22. l. omnimodo. 30. l. si quis 34. §. siue igitur d. auth. vt cum de app. cog. (e) per §. aliud & seq. d. auth. vt cum de ap. cog. l. pen. ff. de Pœnis l. semper 56. ff. c. odia 15. c. in pœnis 49. de reg. iu. in 6. Curtius in d. auth. nō licet, Viglius in §. vlt. in fin. Inst. de exhæred. libe. & §. fin. Inst. h. t. Conna. cap. 10. nu. 6. lib. 9. Et hoc in scholis, non foro. Iul. Clar. in §. testamentum q. 41. n. 2. ex Iaso. in vtramque partem disputante in d. auth. non licet nu. 6. Ema. Soarez. in thes. recep. sent. verb. Exhæredat. nu. 205. qui cum d. Iaso. contrariam communem statuunt.

XI.

Præteritio liberos in legitima neque exhæredat, neque heredes instituit, sed silentio omittit. (a) Hinc pro exhæredatione est materna, (b) non paterna, (c) cum hac utroque Iure Ciuili & Prætorio, (d) etiam ante impugnationem (e) annihilatur: Illa vero vt valida per inofficiosi querelam rescindatur. (f)

(a) tex. est in §. 1. Inst. h. t. Anto. Rub. in hoc tract. in prælud. n. 1. & 2 (b) l. si instituta 27. §. fin. cum l. seq. ff. l. filiam 15. l. 17. C. h. t. §. vlt. Inst. de exhæred. lib. Anto. Rub. in hoc tract. cap. 11. Rationem habet Sichard. in l. si mater. 3. nu. 6. C. d. t. (c) Iul. Clarus q. 42. in §. testamentum n. 1. (d) d. Clar. q. 43. in prin. n. 1. (e) Clarus d. q. 43. n. 2. (f) l. nam & his 5. l. mater decedens 19. h. t.

XII.

Ex quibus præmissis nunc demum sat perspicuis rationibus elicitur, quod nō iniuria exhæredatis vel præteritis, (a) & quidem proximè ab intestato successuris, (b) querela inofficiosi detur. Datur itaque primò liberis, tam naturalibus, quam adoptiuis, (c) sine discrimine sexus, (d) etiam spuris: (e) Secundò parentibus, (f) Tertio fratribus ac sororibus, (g) reliqui collaterales non admittuntur, (h) neque tamen ob id super falso agere prohibentur. (i)

(a) d. §. 1. Inst. l. 3. & 5. ff. h. t. (b) l. posthumus 6. l. Pater 14. ff. d. tit. (c) tex. est in §. tam autem 3. Inst. h. t. (d) l. nam & his 5. ff. l. filiam 15. l. filia 20. l. si maritus 22. l. liberi 28. C. h. tit. l. maximum vitium fin. C. de lib. Præt. (e) l. si suspecta 29. ff. h. t. (f) §. 2. Inst. l. 1. l. Pater 14. cum seq. l. aduersus 30. ff. h. t. §. sancimus auth. vt cum de app. cog. (g) d. §. 2. d. l. 1. l. fratres 27. l. fratris 21. C. h. t. (h) dd. Iurib. (i) l. cum qui 14. d. l. fratris 21. C. h. t.

XIII.

Atque his competit quoq; per edictum successorium. (a) Immo & eorū heredibus, (b) & suis quidem etiam hodie non preparatam; (c) extraneis vero preparatā tantum: (d) Preparauit qui denunciauit, actionem edidit, bonorum possessionem litis agnoscenda causa postulauit, litem contestatus est. (e)

(a) l. Pater 14. & ibid. Costal. l. pen. ff. h. t. d. Cost. in l. si qua poena 7. ff. de his qui sunt su. vel al. iu. Ant. Rub. in hoc tract. cap. 9. (b) l. posthumus 6. in fi. ff. h. t. (c) l. si quis filium 34. l. pen. in fin. C. h. t. (d) d. l. posthumus 6. in fi. ff. l. Pater 5. C. h. t. (e) l. quemadmodum 7. ff. h. t.

XIV.

Datur autem contra omnes qui defendunt testamentum, (a) velati heredes institutos, (b) eorumque successores, (c) cuiuscunque fuerint conditionis, aut dignitatis: (d) siue ex liberis, siue extranei, aut municipes: (e) aequè vniuersalem fideicommissarium, (f) ac particularem legatarium: (g) Bonorum possessorem, (h) etiam cum titulo: (i) & fiscum denique bona defuncti occupantem. (k)

(a) VVesemb. n. 8. C. h. t. (b) l. nam et si 5. §. fin. l. mater 19. l. circa 24. ff. l. cum duobus 13. l. scimus pen. §. pen. C. h. t. (c) l. si hæredum 10. C. h. t. (d) l. Papin. 8. §. si Imperator ff. h. t. etiam si Deum ipsum quis instituerit hæredem Accurs. in d. §. Imp. & Conna. hic cap. 8. nu. fin. (e) l. pen. §. 1. ff. h. t. (f) l. i. C. h. t. (g) l. si suspecta 29. ff. h. t. (h) d. l. i. C. h. t. (i) VVesemb. in parat. nu. 5. ff. h. t. Cuiac. in parat. C. eod. (k) d. l. si hæredum 10. C. h. t.

XV.

Atque his modis Querela inofficiosi instituitur, quæ iam instituta & suo effectu corroborata, etiam legata atque adeo libertates præstitas, non solùm institutiones retractat. (a) Ita tamen, vt hodiè euacuata saltem institutione, cætera testamenti capitula in sua manent firmitate. (b)

(a) d. l. Pap. 8. §. vlt. l. Titia 13. l. cum mater 28. ff. h. t. latè Conna. cap. 8. num. 9. & 10. lib. 9. (b) auth. ex causa C. de liberis Præt. §. si quis §. siue igitur auth. vt cum de appel. cog. Costal. in d. l. cum mater, Hostien. in Sum. §. qualiter infirmetur, verb. secundum hoc.

XVI.

De Institutione hæcenus: nunc ad destitutionem consequenter peruenimus. Destituitur ergo Inofficiosi querela, cum aut nunquam nata prorsus denegatur, aut iam antea nata extinguitur: Illud sit præcipuè, si liberi legitimam fuerint consecuti, olim integram, hodiè quantamcunque partem, (a) olim quocunque titulo, (b) hodiè titulo solum institutionis, (c) id quod etiam ad parentes extenditur. (d)

(a) tex. in §. Sed hæc ita 3. Inst. & ibid. VVesemb. nu. 4. (b) §. fin. Inst. d. l. Pap. 8. §. si mortis l. si non mortis 25. ff. l. omnimodo 30. l. scimus, auth. nouissima C. h. t. auth. de trien. & semif. §. 1. (c) §. aliud auth. vt cū de app. cog. c. 1. ext. de testam. & ibid. glos. in verb. Instituit, communem ait Vigl. in §. vlt. nu. 3. Inst. h. t. ex Iaso. in d. auth. nouissi. n. 31. contra Alexand. in l. Inter cætera ff. de libe. & posth. cui accedit Sichard. in d. auth. nu. 17. (d) Ias. in d. auth. nouissi. nu. 37. vbi hanc senten. contra Bart. in d. auth. num. 4. ponit communem & miratur Bart. quod ex tam frequenti cæterua Legistarum & Canonistar. nullum in hac opinione amicum inuenerit, Cui adde Clar. in §. testam. nu. 7. q. 38. & thes. 6.

XVII.

Extinguitur autem, Primò voluntatis paterne agnitione, (a) nomine proprio, (b) non alieno, (c) quanquam ea conditioni, l. omnimodo minus reluctetur. (d) Secundò eiusdem (putà querelæ) priùs motæ desertione. (e) Tertio renunciatione, nõ minus tacita, (f) quam expressa, vt transactione, vel pacto. (g)

(a) l. parentib. 8. & ibid. Sichard. C. h. tit. latè Conna. hic cap. 9. num. 7. & seq. (b) d. l. Papin. 8. §. si condit. l. nihil & l. si propo. 23. ff. h. t. (c) text. est in §. si tutor 4. Inst. l. 10. in fi.

l. 22. l. 30. §. fin. ff. h. t. (d) l. si quando 35. §. & general. C. h. t. (e) d. l. Pap. §. si quis 2. l. Nam et si
15. ff. h. t. (f) l. 1. C. de in integ. restit. minori. (g) d. l. I. C. d. tit. l. 17. 23. 27. 29. ff. l. si quis filium
34. in fi. & seq. C. h. t.

XVIII.

Observandum tamen est, quod qui successioni paterna generaliter renunciauit, minime huic querela renunciaisse intelligatur: cum & legitima, & iuri petendi supplementum non aliter renunciatur, quam speciali de ea facta mentione. (a)

(a) d. l. si quando 35. §. & generaliter C. h. t. Mynf. in §. sed hæc ita nu. 5. Inst. h. t. & cent. 1. obs. 36. Marant. disput. 10. nu. 19.

XIX.

Id quod ita accipiendum videtur, nisi filia dotata per renunciationem etiam iuramento corroboratam enormiter laesa sit: Item, si parens postea eandem instituat; cum priori casu relaxatio à iuramento, & restitutio in integrum peti: (a) posteriori vero conditione ad supplementum, non obstante renunciatione agi possit. (b)

(a) Maran. d. disput. 10. n. 42. Gail lib. 2. obs. 147. (b) Id. Maran. d. disput. 10. nu. 25.

XX.

Quinimò & liberos filia quæ renunciauit bonis paternis, maternis, & fraternis, si ea fratri præmoriatur, ad auunculi post matrem defuncti successionem cum matertera, non obstante matris renunciatione iurata admitti posse dicendum est. (a)

(a) Eleganter hoc disputat Marant. d. disput. 10. & demum partem hoc affirmati. tanquam magis communem & melioribus rationibus fulcitam statuit.

XXI.

Quartò & ultimò extinguitur quinquennij præscriptione; (a) quamvis conditio ad supplementum, (b) & ius dicendi nullum, (c) per lapsum 30. annorum exemplo personalium, (d) expirare dicantur.

(a) l. contra maiores 16. l. si quis filium 34. in fin. C. h. t. l. 2. C. de apostatis. (b) Gail obs. 120. num. 5. & seq. Mynf. cent. 2. obs. 72. contra Bart. in l. si quis filium 34. C. h. tit. (c) communem ait Iul. Clar. in §. testam. num. 5. in fin. q. 40. (d) §. 1. Inst. de perpet. & tempo. actionib. l. 2. C. de constit. pecu. l. sicut 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.

XXII.

Quod quidem quinquennij tempus non à tempore mortis, sed adita hereditatis computandum venit: (a) quam si heres in provincia intra sex menses, extra eam intra annū, continuo à morte testatoris numerandum adire nolit; ijs lapsis ad instantiam querelantis, ad illam adeundam vel repudiandam à Iudice compellitur. (b)

(a) d. l. Papin. 8. §. Idem est. ff. l. si quis filium 34. in fin. l. pen. §. illud C. h. t. latè Conna. cap. 8. nu. 7. & seq. lib. 9. (b) text. est expref. in d. l. pen. circa fin. C. h. t.

CORO-

CORONIS.

AD extremum, quia legitimam pro numero liberorum hodierno iure nunc trientem, nunc semissem esse constat: (a) non sine fructu queritur, ane exheredatus filius vel alio modo exclusus in computatione legitime connumerandus veniat? Et eum connumerandum non venire absque distinctione concluditur. (b)

(a) ex thesi 5. (b) Costal. in d.l. qui repudi. 17. ff. h. tit. clarè Sichard. in d. auth. Nouissima num. fin. C. eod. latè Anton. Rub. in hoc tract. cap. 15. contra Bart. distinguentem in d.l. Pater filium 14. ff. d. tit.

Soli Deo gloria.



CORO

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum





THESES EX TIT.
DE INOFFICIO
 SO TESTAMENTO, INST.
 FF. ET C. IN ALIIS MAGIS,
 QVAM IN SEIPSA PRACTI-
cabili desumptae:

QVAS CHRISTO DVCE ET AVSPICE,
 PRAESIDIBVS CLARISS. CONSVLTISS. VIRIS
 D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
 landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in amplissimo
 ac florentissimo apud Agrip. Collegio, more &
 tempore consuetis, defendere pro vi-
 rili allaborabit.

CASPAR Schreiber MONAST.
Anno reparatae salutis M. D. XCI.
9. Mayj.



COLONIAE AGRIPPINAE
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



20.

